Annus XXI - Vol. XXI 6 Martii 1929 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Constitutio Apostolica, p. 97 - Litterae Apostolicae, p. 99 - Sermones, p. 103.

Acta SS. Congregationum: *S. Congregatio Consistorialis:* Provisio Ecclesiarum, p. 115 - *S. Congregatio Concilii:* Dioecesis *N.* Capellaniarum, p. 116 - *S. Congregatio Rituum:* Panormitana. Decretum introductionis Causae Servi Dei Francisci a Picciano.

Diarium Romanae Curiae: Firma di Trattati - S. Congregazione dei Riti: Congregazioni Antipreparatoria, Generale e Preparatoria - Segreteria di Stato: Nomine. Onorificenze - Necrologio, pp. 123-128.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXIX

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.

Administratio: Libreria Vaticana — Roma.

Pretium annuae subnotationis
Pro Italia, Lib. 20 — Extra Italiam, *L. it.* 35 —
Pretium unius fasciculi, Lib. 8 —

« *Ita vero in manus* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 26 Octobris 1909 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXI, n. 3 - 6 Martii 1929)

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PAG.

Apostolici officii. - Translationis sedis episcopalis. - *19 Ianuarii 1928* 97

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Decessor Noster.* - Primariae Operae Apostolicae a Iesu Christo Operario sedes praecipua a civitate Genevensi ad almam Urbem transfertur sub iurisdictione Magistri generalis O. P. - *11 Iulii 1928* . 99

II. *Friburgensis archidioecesis.* - Ad abbatialem gradum restituitur monasterium monachorum O. S. Benedicti, loci Neuburg intra fines archidioecesis Friburgensis. - *11 Iulii 1928* 100

III. *Dilectus filius.* - Domus O. S. Benedicti Congregationis Solesmensis apud Oosterholtum, intra fines dioecesis Bredanae, in Abbatiam sub titulo S. Pauli erigitur. - *11 Iulii 1928* 101

SERMONES

I. *Il Nostro benvenuto.* - Ad Parochos Urbis et concionatores sacri temporis quadragesimalis. - *11 Februarii 1929* 103

PAG.

II. *Vogliamo anzitutto.* - Ad antecessores et alumnos Mediolanensis catholicae Universitatis a Ssmo Corde Iesu. - *13 Februarii 1929* 110

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 115

S. CONGREGATIO CONCILII

Dioecesis N. - Cappellaniarum. - *21 Maii 1927* 116

S. CONGREGATIO RITUUM

Panormitana. - Decretum introductionis causae Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Fr. Francisci a Picciano, Laici professi Ordinis Fratrum Minorum. - *9 Ian. 1929* 119

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Firma di Trattati 123

II. S. Congregazione dei Riti: *Congregazioni Antipreparatoria, Generale* e *Preparatoria* 123

III. Segreteria di Stato: *Nomine. Onorificenze* 124

IV. Necrologio 128

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
MISSA NOVISSIMA *Cogitationes Cordis* DE SACRATISSIMO CORDE IESU, in Festo et pro votiva adhibenda ex decreto S. R. C., 29 Ianuarii 1929. In-4°, caratteri rosso-neri, grandezza della pagina cm. 14,5×22,5, nei margini cm. 22,5×32	0,75	0,85	1 —
Idem, Praefatio cum cantu	1 —	1,10	1,25
OFFICIUM FESTI ET OCTAVAE SACRATISSIMI CORDIS IESU in Proprio de Tempore inserendum Feria VI post Octavam SS. Corporis Domini, ex decreto S. R. C. 29 Ian. 1929. In-18°, caratteri rosso-neri, carta indiana, di circa pp. 80, grandezza della pagina cm. 7×12, nei margini cm. 11,5×17,5	2,50	2,60	2,75

Veneunt Romae apud Administrationem Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis„ (*Libreria Vaticana - Vaticano - Roma*).

Annus XXI - Vol. XXI 6 Martii 1929 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE SOCORRO ET DE SAN GIL

TRANSLATIONIS SEDIS EPISCOPALIS

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolici officii Nostri cura et Ecclesiarum omnium sollicitudo exigit ut omni studio recto et utili dioecesium regimini consulatur. Cum itaque venerabilis frater Leonidas Medina, hodiernus Episcopus de Socorro a Nobis enixe postulaverit, ut episcopalis sedes, ob peculiaria locorum adiuncta, ab urbe *Socorro* ad urbem *San Gil* transferatur, ac proinde ecclesia princeps urbis *San Gil* ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehatur: Nos, omnibus rite perpensis, praehabitoque favorabili voto venerabilis fratris Pauli Giobbe, Archiepiscopi titularis Ptolemaidensis in Thebaide, Apostolici Nuntii in Columbiana Republica, oblatis precibus benigne annuendum censuimus. Quare, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, episcopalem sedem dioecesis de Socorro in civitatem *San Gil* transferimus, ibique erigimus et constituimus; ecclesiam vero principem S. Aegidio dicatam ad cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem extollimus, eique propterea concedimus eadem prorsus iura, privilegia, honores et praerogativas, quibus ceterae in Columbiana Republica cathedrales ecclesiae gaudent. Cupientes tamen, ut ecclesiae de Socorro, hucusque Episcopi sedi, pristinae dignitatis memoria servetur, statuimus ut ecclesia ipsa honorifico

concathedralis titulo in posterum fruatur. Insuper volumus et mandamus ut dioecesis de Socorro posthac nomen assumat *de Socorro et de San Gil.*

Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda praefatum venerabilem fratrem Paulum Giobbe Archiepiscopum Ptolemaidensem deputamus eidemque concedimus necessarias ac opportunas facultates tum omnes dirimendi controversias, si quae in exsecutionis actu oriturae sint, tum etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses authenticum exemplar mittendi peractae exsecutionis. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in officio vel ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae hisce Litteris tribueretur si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis. Nemini autem quae hisce Litteris Nostris decreta sunt infringere, vel eis contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die decima nona mensis Ianuarii, Pontificatus Nostri anno sexto.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *S. R. E. Cancellarius.*

✠ BASILIUS CARD. POMPILJ, *Episcopus Veliternen.*

Dominicus Spolverini, *Protonotarius Apostolicus.*
Hector Castelli, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. XXXVII, n. 42. – M. Riggi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PRIMARIAE OPERAE APOSTOLICAE A IESU CHRISTO OPERARIO SEDES PRAECIPUA A CIVITATE GENEVENSI AD ALMAM URBEM TRANSFERTUR SUB IURISDICTIONE MAGISTRI GENERALIS O. P.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessor Noster rec. mem. Benedictus Pp. XV, Litteris Apostolicis sub anulo die VIII mensis Aprilis anno MDCCCCXXI datis, *Operam Apostolicam a Iesu Christo Operario*, canonice institutam in paroeciali ecclesia ad Sanctae Clotildis in urbe Genevensi, in Primariam sive Centralem cum consuetis privilegiis erexit; eiusdemque nunc Primariae Operae ut sedem centralem transferre dignemur, Nos enixis precibus rogat parochus Genevensis ad Sanctae Clotildis, qui studiosus ipsius Operae moderator est. Refert quidem ipse curio Apostolicam eandem Operam a Iesu Christo Operario Religiosorum Patrum Ordinis Praedicatorum praesertim labore habuisse incrementum; proindeque ipsius Operae curam eisdem Patribus Praedicatoribus peropportune committendam esse. At cum Ordinis laudati non exstent sedes sive domus intra Genevensis dioecesis fines, probante quoque Lausannensium, Genevensium ac Friburgensium Episcopo, Nos, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrae Congregationi Concilii praepositis, hisce Litteris, auctoritate Nostra apostolica, centrum seu sedem praecipuam Primariae Operae Apostolicae a Iesu Christo Operario nuncupatae ab ecclesia Genevensi paroeciali Sanctae Clotildis ad hanc almam Urbem Nostram transferimus, ita ut ex nunc et in posterum eadem Primaria Opera sub iurisdictione Magistri generalis Ordinis Praedicatorum posita apud eiusdem Magistri Generalis domum sive sedem exsistat.

Haec, quae ad emolumentum praelaudatae Operae provehendum in Domino statuimus, mandamus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his,

a quoquam, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iulii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

AD ABBATIALEM GRADUM RESTITUITUR MONASTERIUM MONACHORUM O. S. BENEDICTI, LOCI NEUBURG INTRA FINES ARCHIDIOECESIS FRIBURGENSIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Friburgensis archidioecesis intra fines Ordinis Sancti Benedicti exstat monasterium, cuius ecclesia in honorem Sancti Bartholomaei Apostoli Deo dicata est. Prope Heidelbergam civitatem positum suam originem habuit a quodam monachorum asceterio, quod, saeculo decimo secundo fundatum, vulgo *Neuburg* nuncupatum est, et sub iurisdictione celeberrimae atque antiquae Ordinis Sancti Benedicti abbatiae Laureshamensis diu perduravit. Lucius Pp. II, decessor Noster, Neuburgense monasterium sollemniter adprobavit, idemque iuribus privilegiisque sat amplis ditavit. Postea vero monasterium, loco monachorum monialibus suffectis, Congregationi Bursfeldensi subiectum fuit, et virtutibus sodalium maxime floruit ad tempora usque germanicae, uti nuncupant, reformationis, cuius improbissima opera multa aerumnarum damnorumque passum est. Neuburgense tamen monasterium anno tantum MDCCCIV ob leges saecularizationis tunc temporis illatas exstinctum est. At elapso plus quam saeculo ab huiusmodi monasterii fine, Archiabbatis S. Martini de Beuron studio sollertiaque, aedificia perantiqui Neuburgensis asceterii cum adiectis fundis Ordo S. Benedicti denuo comparavit; atque ita in eisdem, Friburgensium quoque Archiepiscopo probante, vita monachorum regularis instaurata est. Nunc autem, Deo favente, exsuscitati monasterii in claustris nova monachorum et fratrum conversorum familia, numero conspicua, floret adeo ut praelaudatus Archiabbas Sancti Martini de Beuron, dilectus filius Raphael Walzer, moderator Congregationis Beuronensis O. S. Benedicti, enixis precibus a Nobis exposcat ut pro benignitate Nostra monasterium ipsum, sui iuris constitutum, ad abbatialem gradum restituere dignemur. Quibus supplicationibus Nos, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Congregationi pro Religiosorum Soda-

lium negotiis praeposito, ultro libenterque adnuendum censuimus. Quapropter apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore, monachorum monasterium Ordinis Sancti Benedicti loci *Neuburg*, archidioecesis Friburgensis intra fines, sub titulo Sancti Bartholomaei Apostoli, cum omnibus iuribus ac privilegiis olim ipsi concessis, in integrum restituimus, illudque, dummodo in eodem duodecim saltem chorales monachi adsint, in abbatiam sui iuris erigimus, quam Congregationi Beuronensi unimus, itemque privilegiorum ac favorum eidem Congregationi concessorum participem facimus.

Haec edicimus, mandamus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Apostolicis constitutionibus et ordinationibus ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iulii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

III

DOMUS O. S. BENEDICTI CONGREGATIONIS SOLESMENSIS APUD OOSTERHOLTUM, INTRA FINES DIOECESIS BREDANAE, IN ABBATIAM SUB TITULO S. PAULI ERIGITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Dilectus filius Ioannes de Puniet, Abbas ad Sancti Pauli de Wiciaco, in dioecesi Atrebatensi in Gallia, Congregationis Gallicae Ordinis Sancti Benedicti, in praesens degens in civitate de Oosterholto, intra fines dioecesis Bredanae in Hollandia, refert ad Nos praedictum monasterium in Gallia, in dioecesi Atrebatensi, ab abbatia Sancti Petri de Solesmis anno rep. sal. MDCCCLXXXIX fundatum sub titulo ad Sancti Pauli de Wiciaco (*Wisques*) in prioratum conventualem die 1 mensis Martii anno MDCCCLXXXXV erectum fuisse. Civiles autem ob leges anno MDCCCCI latas, ad Galliam relinquendam monachos esse coactos, qui se primum in Belgicam regionem receperunt, dein in Hollandiam, ubi

penes Oosterholtum (*Oosterhout*) monasticas aedes condiderunt. Haud multos post annos auctum monachorum numerum feliciter permisisse prioratus erectionem ad abbatialem dignitatem, a Praedecessore Nostro Pio X rec. mem. factam per rescriptum Apostolicum die XXVIII mensis Septembris anno MDCCCCX obsignatum. Sed novus abbatialis hic titulus de iure pertinebat ad domum antea fundatam in Galliis, idest ad prioratum S. Pauli de Wiciaco, quae tantum de facto ac de necessitate ex circumstantiis specialibus orta, tunc temporis in Hollandia constituta reperiebatur, additque idem Ioannes de Puniet, semetipsum die XII mensis Novembris eiusdem anni MDCCCCX, iam antea conventualem Priorem, canonice electum fuisse in primum Abbatem. Attamen edocet Nos ipse Abbas, volventibus annis, nonnullos monachos a memorato Abbate suo missos, in Galliam rediisse et patriam domum Wiciacensem anno MDCCCCXX repetiisse, ibique regularem vitam de integro instaurasse. Ast huic instaurationi sequutam esse divisionem conventus et constitutionem duarum domorum religiosarum sub uno eodemque Ordinario et ad unam eandemque abbatiam pertinentium; inde plures difficultates et quaestiones ortas, quarum solutio ac definitiva compositio perardua primum visa est, sed ad quam nunc praestat, interposita Nostra auctoritate devenire, potissimum cum utraque domus, tam prior Gallica, quam recens Hollandica, uberrima ceperint, Deo favente, incrementa. Adsunt enim hodie in domo Wiciacensi plus quam viginti monachi chorales, ex quibus quindecim sollemniter professi; sexaginta vero quinque monachos habet altera domus Oosterholtensis, alios chorales, alios conversos. In utraque domo optimam spem praebet tyronum novitiatus; et quod ad rem familiarem utraque, propria dotatione instructa, secura ac libera vivit. His perspectis utriusque domus condicionibus, cum facile argui possit easdem mutuo inter se auxilio non amplius indigere et propriam plenamque independentiam consequi exinde posse, cum superenunciatus Abbas Ioannes de Puniet enixas Nobis humiliter adhibuerit preces ut religiosam domum apud Oosterholtum sitam in abbatiam erigere dignemur, Nos votis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Audito igitur dilecto filio Nostro Camillo S. R. E. Diacono Cardinali Laurenti, Praefecto Congregationis Negotiis religiosorum sodalium praepositae, omnibusque rei momentis attento seduloque studio perpensis, inspecto potissimum felicissimo statu domus apud Oosterholtum positae, quae qualitatibus est omnibus instructa a iure et a constitutionibus Congregationis Gallicae requisitis ut abbatiali dignitate valeat augeri, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, memoratam domum apud Oosterholtum in Hollandia, Bredanae intra dioecesis fines positam, in Abba-

tiam erigimus titulo Sancti Pauli de Oosterholto, ita ut pertineat ad Congregationem Gallicam seu S. Petri de Solesmis O. S. Benedicti, cuius et membrum sit et habeatur ad normam sacrorum canonum et constitutionum eiusdem Gallicae Congregationis.

Haec volumus, mandamus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI mensis Iulii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

SERMONES

I

AD PAROCHOS URBIS ET CONCIONATORES SACRI TEMPORIS QUADRAGESIMALIS, HABITUS DIE XI FEBRUARII.

Il Nostro più cordiale benvenuto a voi, predicatori della Quaresima, ormai alle porte, a voi, da qualunque parte veniate, poichè siete figli, buoni figli e così altamente qualificati, che venite nella casa del Padre comune.

Già per questo, e particolarmente anzi per questo che venite col Nostro Eminentissimo Cooperatore nella cura spirituale della Nostra cara alma città di Roma e che presta sì efficace concorso all'opera Nostra; coi Nostri cari parroci di Roma, che sono, senza la minima esagerazione, la perla del clero romano, ai quali sentiamo e professiamo di dovere tanto per l'assistenza e per il continuo miglioramento delle anime viventi più vicine a Noi e più intimamente raccomandate dalla divina Provvidenza alle cure del Nostro ministero pastorale.

Un'altra volta benvenuti siate voi, che venite in questa nuova Gerusalemme a portare il verbo divino, portatore, a sua volta, di nuova vita.

E più ancora, se possibile, siate voi benvenuti, che venite in quest'ora sì intimamente e solennemente solenne per Noi; in questa vigilia del settimo

anniversario della Nostra incoronazione, ed ancora al principio dell'anno Giubilare, il cinquantesimo del Nostro Sacerdozio: due celebrazioni che fanno a gara (una per Noi ben formidabile gara) nel ricordarCi, nel dirCi, nell'intimarCi tutte le grazie, le misericordie di Dio e, pur troppo, tutte le miserie e deficienze Nostre per una ormai sì lunga serie di anni.

Ed anche per un altro motivo Ci sono la vostra venuta e la vostra presenza particolarmente care e quanto mai opportune, un motivo atto per sè solo ad innalzare ancor più il significato di questa udienza.

Dicevamo or ora della bontà e delle misericordie di Dio e Ci affrettiamo a chiedere il concorso delle vostre preghiere per meno indegnamente ringraziarne il Signore; concorso, di cui sentiamo tanto più grande il bisogno in questo punto di arrivo, dove più che mai sentiamo le Nostre debolezze giammai così sentite come dopo tanti anni di sì sublime elevazione e dopo sì larga e diuturna effusione di grazie sacerdotali.

Ciascuno di voi ha, come il suo pergamo, così il suo programma di predicazione maturato nella meditazione, nello studio e nella preghiera; e Noi non intendiamo disturbare i vostri piani. Non dubitiamo però che troverete modo, nelle linee del vostro programma, di far presenti e di raccomandare vivamente ai vostri fedeli uditori alcuni capi che Ci stanno particolarmente a cuore.

La prima penosa cosa che ancora tanto Ci affligge, dopo tanto dire e predicare da ogni parte, sia dai Pastori di anime come dalla buona stampa: una cosa che Ci fa arrossire come Vicario di Gesù Cristo, che anzi, secondo l'energica espressione di Gesù Cristo stesso, fa arrossire il medesimo Signore nostro, è la inverecondia di tante disgraziate donne, di tante disgraziate fanciulle che pur si dicono e vogliono essere dette cristiane.

Vedete anche voi, diletti figli, di persuadere con paterna bontà, con pazienza e con insistenza quelle tante poverette, che sono schiave di una moda così indegna di paesi civili, ancor prima che di paesi cristiani; tante povere schiave che sentono la loro schiavitù, e se ne vergognano, ma non hanno poi la forza di ribellarsi ad una tirannia che sfrutta la loro vergogna come il negriero sfrutta il sangue degli schiavi, in questa vera nuova forma di tratta delle bianche.

Ma poi bollate col fuoco della vostra apostolica parola tante svergognate, che non solo non sentono l'indegnità del loro costume, ma quasi se ne gloriano e ne menano vanto.

In secondo luogo, vedete di promuovere, di difendere (è proprio il caso di dir così) l'adempimento dei doveri religiosi, parrocchiali, vogliam dire tutto quel magnifico insieme che è la vita parrocchiale, la frequenza, l'assiduità, la diligenza – almeno nella misura indispensabile – all'istruzione reli-

giosa, cose tutte veramente minacciate o, peggio, già più o meno danneggiate dagli eccessi di quel movimento che, con parola non italiana, si chiama « sport ». Eccessi che lo rendono nè educativo, nè igienico, mentre ne fanno un ostacolo, non diciamo al prosperare, ma anche solo al più necessario vivere e svilupparsi di altre essenziali attività umane.

In terzo luogo vogliamo dirvi (forse già lo sapete o l'avreste tra breve saputo) di aver firmato una *Costituzione Apostolica* come testimonio della Nostra soddisfazione per quel bello ed utile Congresso Ceciliano celebrato qui in Roma lo scorso anno in memoria del centenario del buon Guido d'Arezzo; una Costituzione in favore della musica sacra e del canto gregoriano ed insieme, poichè sono argomenti inscindibili, in favore della sacra liturgia per il maggior decoro del culto.

Abbiamo raccomandato l'esecuzione dei Nostri desideri all'Eminentissimo Cardinale Vicario Nostro, e sappiamo quanto possiamo aspettarCi dal suo zelo; ma la raccomandiamo pure a Voi, perchè ve ne facciate divulgatori, se non dal pulpito, almeno in tante altre occasioni, che non mancheranno di offrirsi alla vostra pietà ed al vostro zelo.

Ed ora accenniamo a quell'altra circostanza che Ci fa tanto più cara ed opportuna la vostra assistenza e che rende questa adunanza ben altrimenti memorabile e storica che non per le circostanze pur belle e solenni del settimo anniversario dell'incoronazione e dell'anno giubilare.

Proprio in questo giorno, anzi in questa stessa ora, e forse in questo preciso momento, lassù nel Nostro Palazzo del Laterano (stavamo per dire, parlando a parroci, nella Nostra casa parrocchiale) da parte dell'Eminentissimo Cardinale Segretario di Stato come Nostro Plenipotenziario e da parte del Cavaliere Mussolini come Plenipotenziario di Sua Maestà il Re d'Italia, si sottoscrivono un Trattato ed un Concordato.

Un Trattato inteso a riconoscere e, per quanto *hominibus licet*, ad assicurare alla Santa Sede una vera e propria e reale sovranità territoriale (non conoscendosi nel mondo, almeno fino ad oggi, altra forma di sovranità vera e propria se non appunto territoriale) e che evidentemente è necessaria e dovuta a Chi, stante il divino mandato e la divina rappresentanza ond'è investito, non può essere suddito di alcuna sovranità terrena.

Un Concordato poi, che volemmo fin dal principio inscindibilmente congiunto al Trattato, per regolare debitamente le condizioni religiose in Italia, per sì lunga stagione manomesse, sovvertite, devastate in una successione di Governi settari od ubbidienti e ligi ai nemici della Chiesa, anche quando forse nemici essi medesimi non erano.

Non vi aspetterete ora da Noi i particolari degli accordi oggi firmati: oltre che il tempo, non lo permetterebbero i delicati riguardi protocollari,

non potendosi chiamare quegli accordi perfetti e finiti, finchè alle firme dei Plenipotenziari, dopo gli alti suffragi e colle formalità d'uso, non seguano le firme, come suol dirsi, sovrane: riguardi che evidentemente ignorano o dimenticano coloro che attendono per domani la Nostra benedizione solenne *Urbi et Orbi* dalla loggia esterna della Basilica di S. Pietro.

Vogliamo invece solo premunirvi contro alcuni dubbi e alcune critiche che già si sono affacciati e che probabilmente avranno più largo sviluppo a misura che si diffonderà la notizia dell'odierno avvenimento, affinchè voi, a vostra volta, abbiate a premunire gli altri. Non conviene che portiate queste cose, come suol dirsi, in pulpito; anzi, non dovete portarvele per non turbare l'ordine prestabilito alla vostra predicazione; ma anche all'infuori di questa, molti verranno a voi, sia per trarre particolare profitto dalla vostra eloquenza, con conferenze e simili, sia per avere anche sull'attuale argomento pareri tanto più autorevoli ed imparziali quanto più illuminati.

Dubbi e critiche, abbiamo detto; e Ci affrettiamo a soggiungere che, per quel che Ci riguarda personalmente, Ci lasciano e lasceranno sempre molto tranquilli, benchè, a dir vero, quei dubbi e quelle critiche si riferiscano principalmente, per non dire unicamente, a Noi, perchè principalmente, per non dire unicamente e totalmente, Nostra è la responsabilità, grave e formidabile invero, di quanto è avvenuto e potrà avvenire in conseguenza.

Nè potrebbe essere altrimenti, perchè se nelle ore critiche della navigazione il capitano ha più che mai bisogno dell'opera fedele e generosa dei suoi collaboratori (opera che a Noi fu prestata con fedeltà e generosità commoventi ed in una misura incredibilmente larga), in quelle ore meno che mai egli può cedere ad altri il posto, e con esso i pericoli e le responsabilità del comando.

Ben possiamo dire che non v'è linea, non v'è espressione degli accennati accordi che non sia stata, per una trentina di mesi almeno, oggetto personale dei Nostri studi, delle Nostre meditazioni, ed assai più delle Nostre preghiere, preghiere anche largamente richieste a moltissime anime buone e più amiche di Dio.

Quanto a Noi, sapevamo bene fin dal principio che non saremmo riusciti ad accontentare tutti; cosa che non riesce d'ordinario a fare neppure Iddio benedetto; anzi Noi abbiamo fatto Nostra la parola del Profeta, anzi di Nostro Signore medesimo: « Ego autem in flagella paratus sum ». È del resto un'abitudine ormai inveterata della Nostra vita.

Ma, prescindendo dalla Nostra Persona, dobbiamo pure opportunamente spiegarCi, perchè Ci fa debitori a tutti l'universale paternità e l'universale magistero affidatoCi dalla divina Provvidenza.

E veniamo ai dubbi. Quando per il tramite del Nostro Signor Cardinale Segretario di Stato convocavamo il Corpo diplomatico accreditato presso la Santa Sede al fine di comunicare per suo mezzo alle Potenze il punto in cui le trattative si trovavano e la non lontana conclusione, subito si chiese se la Santa Sede intendeva con ciò domandare un permesso, un assenso o forse procurarsi le garanzie delle Potenze a favore del nuovo assetto. Ecco: era per Noi elementare dovere il comunicare, prima della conclusione, l'andamento delle trattative a Personaggi che presso di Noi portano e spiegano non soltanto i buoni uffici della loro amabilità, ma rappresentano altresì l'amicizia e le favorevoli disposizioni delle numerose Potenze accreditate presso la Sede Apostolica. Ma poi, evidentemente, nè di permesso, nè di consenso, nè di richiesta di garanzie poteva essere questione.

Tutti ed in tutte le parti del mondo, per quel sentore che delle presenti cose era largamente trapelato, avevano già detto e ripetuto che, in fondo, arbitro delle cose della Santa Sede e della Chiesa non poteva essere che il Pontefice e che il Pontefice non ha quindi bisogno di assenso nè di consenso, nè di garanzia. E questo, dobbiamo a Nostra volta dire, è verissimo: per quanto Ci premano e Ci siano preziosi il favore e l'amicizia di tutti gli Stati e di tutti i Governi.

Ma poi garanzie propriamente dette dove potremmo trovarle se non nella coscienza delle giuste ragioni Nostre, se non nella coscienza e nel senso di giustizia del popolo italiano, se non più ancora nella divina Provvidenza, in quella indefettibile assistenza divina promessa alla Chiesa e che si vede in un modo particolarmente operante per il Rappresentante e Vicario di Dio in terra?

Quali garanzie si possano d'altronde sperare, anche per un Potere Temporale abbastanza vasto come quello che figurava già nella geografia politica d'Europa, si è veduto in quello che fecero, o meglio non fecero, non vollero o forse non poterono fare, le Potenze per impedirne la caduta. Perchè forse neppure potevano; ma se questa è (ed è questa) la condizione e la storia perpetua delle cose umane, come possiamo cercarvi sicure difese contro i pericoli dell'avvenire? Pericoli che nel caso presente non possono essere che ipotetici e non furono mai tanto improbabili.

Altro dubbio: che sarà domani? Questa domanda Ci lascia anche più tranquilli, perchè possiamo semplicemente rispondere: Non sappiamo. L'avvenire è nelle mani di Dio, quindi in buone mani. Qualunque cosa ci prepari l'avvenire, sia essa disposizione o permissione della divina Provvidenza, fin d'ora diciamo e proclamiamo che qualunque sia per essere il cenno della divina Provvidenza, dispositivo o permissivo, lo seguiremo fidenti sempre ed in qualunque direzione Ci chiami.

Le critiche saranno anche più numerose; ma facilmente si divideranno in due grandi categorie. Gli uni diranno che abbiamo chiesto troppo, gli altri troppo poco. E questo tanto più avverrà, se si distingueranno i campi in cui Noi avremmo chiesto troppo o troppo poco.

Forse alcuni troveranno troppo poco di territorio, di temporale. Possiamo dire, senza entrare in particolari e precisioni intempestive, che è veramente poco, pochissimo, il meno possibile, quello che abbiamo chiesto in questo campo: e deliberatamente, dopo aver molto riflettuto, meditato e pregato. E ciò per alcune ragioni che Ci sembrano e buone e gravi. Innanzi tutto abbiamo voluto mostrare di essere pur sempre il Padre che tratta coi figli, che è dire la disposizione Nostra a non rendere le cose più complicate, e più difficili, ma più semplici e più facili. Inoltre volevamo calmare e far cadere tutti gli allarmi, volevamo rendere addirittura ingiuste, assolutamente irragionevoli, tutte le recriminazioni fatte o da farsi in nome di una, stavamo per dire, superstizione di integrità territoriale del paese. Ci parve così di seguire un pensiero provvido e benefico a tutti per il presente e per il futuro, provvedendo ad una maggiore tranquillità di cose, prima ed indispensabile condizione per una stabile pace e per ogni prosperità.

In terzo luogo volevamo mostrare in un modo perentorio che nessuna cupidità terrena muove il Vicario di Gesù Cristo, ma soltanto la coscienza di ciò che non è possibile non chiedere; perchè una qualche sovranità territoriale è condizione universalmente riconosciuta indispensabile ad ogni vera sovranità giurisdizionale: dunque almeno quel tanto di territorio che basti come supporto della sovranità stessa; quel tanto di territorio, senza del quale questa non potrebbe sussistere, perchè non avrebbe dove poggiare. Ci pare insomma di vedere le cose al punto in cui erano in S. Francesco benedetto: quel tanto di corpo che bastava per tenersi unita l'anima. Così per altri Santi: il corpo ridotto al puro necessario per servire all'anima e per continuare la vita umana, e colla vita l'azione benefica. Sarà chiaro, speriamo, a tutti, che il Sommo Pontefice proprio non ha se non quel tanto di territorio materiale che è indispensabile per l'esercizio di un potere spirituale affidato ad uomini in beneficio di uomini; non esitiamo a dire che Ci compiacciamo che le cose stiano così; Ci compiacciamo di vedere il materiale terreno ridotto a così minimi termini da potersi e doversi anche esso considerare spiritualizzato dall'immensa, sublime e veramente divina spiritualità che esso è destinato a sorreggere ed a servire.

Vero è che Ci sentiamo pure in diritto di dire che quel territorio che Ci siamo riservati e che Ci fu riconosciuto, è bensì materialmente piccolo, ma insieme è grande, il più grande del mondo, da qualunque altro punto di vista lo si contempli.

Quando un territorio può vantare il colonnato del Bernini, la cupola di Michelangelo, i tesori di scienza e di arte contenuti negli archivi e nelle biblioteche, nei musei e nelle gallerie del Vaticano; quando un territorio copre e custodisce la tomba del Principe degli Apostoli, si ha pure il diritto di affermare che non c'è al mondo territorio più grande e più prezioso. Così si può abbastanza vittoriosamente, tranquillamente rispondere a chi obbietta d'aver Noi chiesto troppo poco: mentre poi non si riflette forse abbastanza quel che significhi di incomodo e di pericoloso (diciamo al giorno d'oggi) aggiungere al governo universale della Chiesa, l'amministrazione civile di una popolazione per quanto minuscola.

La piccolezza del territorio Ci premunisce contro ogni incomodo e pericolo di questo genere. Sono sessant'anni ormai che il Vaticano si governa senza particolari complicazioni.

Altri invece diranno, anzi hanno già detto od accennato, che abbiamo chiesto troppo in altro campo: si capisce, e vogliamo dire nel campo finanziario. Forse si direbbe meglio nel campo economico, perchè non si tratta qui di grandi finanze statali, ma piuttosto di modesta economia domestica.

A costoro vorremmo rispondere con un primo riflesso: se si computasse, capitalizzando, tutto quello di cui fu spogliata la Chiesa in Italia, arrivando fino al Patrimonio di S. Pietro, che massa immane, opprimente, che somma strabocchevole si avrebbe? Potrebbe il Sommo Pontefice lasciar credere al mondo cattolico di ignorare tutto questo? Non ha egli il dovere preciso di provvedere, per il presente e per l'avvenire, a tutti quei bisogni che da tutto il mondo a lui si volgono e che, per quanto spirituali, non si possono altrimenti soddisfare che col concorso di mezzi anche materiali, bisogni di uomini e di opere umane come sono?

Un altro riflesso non sembrano fare quei critici: la Santa Sede ha pure il diritto di provvedere alla propria indipendenza economica, senza la quale non sarebbe provveduto nè alla sua dignità, nè alla sua effettiva libertà. Abbiamo fede illimitata nella carità dei fedeli, in quella meravigliosa opera di provvidenza divina che ne è l'espressione pratica, l'Obolo di San Pietro, la mano stessa di Dio, che vediamo operare veri miracoli da sette anni in qua. Ma la Provvidenza divina non Ci dispensa dalla virtù di prudenza nè dalle provvidenze umane che sono in Nostro potere. E troppo facilmente si dimentica che qualunque risarcimento dato alla Santa Sede evidentemente non basterà mai a provvedere se non in piccola parte a bisogni vasti come il mondo intero, come al mondo intero si estende la Chiesa cattolica: bisogni sempre crescenti, come sempre crescono con gigantesco sviluppo le opere missionarie raggiungendo i più lontani paesi; senza dire che anche nei paesi civili, in Europa, in Italia,

– qui specialmente, dopo le spoliazioni sofferte – sono incredibilmente numerosi e non meno incredibilmente gravi, e tali bene spesso da muovere al pianto, i bisogni delle persone, delle opere e delle istituzioni ecclesiastiche, anche le più vitali, che ricorrono, Noi lo sappiamo, per aiuto alla Santa Sede, al Padre di tutti i fedeli.

Ma torniamo agli avvenimenti odierni e tiriamone una conclusione altrettanto vera che consolante: e la conclusione vuol essere che veramente le vie di Dio sono alte, numerose, inaspettate; che qualunque cosa avvenga, comunque avvenga e da Noi se ne cerchi il successo, sempre siamo nelle mani di Dio: che le grandi cose non ubbidiscono nè alla Nostra mente nè alla Nostra mano; che sempre ed in ogni incontro, come il Signore sa approfittare di tutti e di tutto, tutto fa concorrere al raggiungimento dei benefici fini della Sua santissima volontà; onde a Noi non resta che ripetere appunto: *fiat voluntas Tua!*

II

AD ANTECESSORES ET ALUMNOS MEDIOLANENSIS CATHOLICAE UNIVERSITATIS A SSMO CORDE IESU, HABITUS DIE XIII FEBRUARII.

Vogliamo anzitutto esprimere tutta la Nostra, non solo compiacenza, ma reale commozione che nell'animo Ci hanno prodotto tutte le belle cose che fino a questo momento abbiamo veduto ed ascoltato. Belle le parole, belli e preziosi i doni, belli e fragranti i fiori, nella varietà dei loro colori così graziosamente eloquenti: bello e commovente questo magnifico palpito e questo magnifico profumo di vita, « magnifica semplicità » — come avrebbe detto il grande Manzoni — questa semplicità che solo la mano di Dio sa mettere nelle cose più grandi come nelle cose più piccole, dando alle più grandi la grazia della più umile ingenuità e mettendo nelle più piccole saggi e tratti della più indicibile bellezza. Belle sono state le parole a volta a volta pronunciate dal Magnifico Rettore, e dai rappresentanti dei professori e degli studenti. Belli e splendidi i vostri doni, che veramente Ci hanno riempito il cuore di gioia, col ponderoso numero di volumi che raccolgono il frutto dei vostri studii e delle vostre fatiche. Bello è stato anche quello che il vostro valente Economo ha detto — con manifesta ingiustizia però e con eccessiva modestia — esponendo delle cifre che egli ha chiamato aride. Non sono davvero aride le cifre, poichè, come ha detto una volta un poeta lombardo — sia pure di secondo o terz'ordine (che però ha spesso trovato delle felici espressioni) — il mondo è tutto matematica e poesia. È vero infatti che la poesia della natura è una poesia

fatta di numeri, perchè sono i numeri che dànno un saggio delle grandezze del Creatore e quanto più larghi e quasi illeggibili diventano i numeri, tanto più splendida e palpitante è la poesia. Quelle cifre poi che sono state lette, si riferiscono a tanta bellezza di opere, a tanta generosità di sforzi, a tanto frutto di studi, che veramente la letizia, che con la loro poesia infondono nel cuore, è altissima e squisita. A tutte queste belle cose voi, professori e alunni, aggiungete il conforto, dolcissimo per il Padre, della vostra presenza: e per tutto questo dal Nostro cuore si esprime la riconoscenza e il ringraziamento con piena effusione. I pensieri, le proteste, i propositi, dei quali abbiamo inteso l'espressione così come essa usciva dal vostro cuore, Noi li accogliamo nel cuore Nostro e li affidiamo al Cuore stesso di Gesù, di quel divino Re di cui, per arcana disposizione della divina Provvidenza, Noi siamo il Vicario in terra.

Tutto ciò, dunque, ben può indicare con quali sentimenti rispondiamo alle vostre richieste di benedizioni: e le diamo con tutto il cuore, non soltanto ai presenti, ma anche a tutti quelli che voi rappresentate, benchè la rappresentanza sia così cospicua da raggiungere addirittura la metà dell'intero numero di coloro che appartengono all'Università. Con queste benedizioni Noi intendiamo riferirCi a tutti e singoli i pensieri e i desideri di ciascuno di voi, a tutte le vostre opere, intenti e buoni propositi.

Questa udienza Ci riesce poi particolarmente gradita in ragione del momento così particolarmente bello e significativo nel quale essa ha luogo. È il momento nel quale sempre più gravi e numerosi il Padre comune segna gli anni della sua progrediente vecchiaia al chiudersi del settimo ed all'aprirsi dell'ottavo anno dacchè Iddio, nell'arcano Suo consiglio, Lo chiamava nel suo luogo, in quel luogo che quando vaca « vaca nella presenza del Figliuol di Dio ». È il momento che segna il principio di quel 50° anno di sacerdozio, che con sì alta eloquenza ricorda al Nostro cuore tante grazie di Dio e tante miserie Nostre. Ed è pure il momento nel quale la divina Provvidenza Ci ha chiamato a compiere azioni e a dar corso ad avvenimenti che certissimamente — almeno per quanto è dato di prevedere umanamente, anzi non solo umanamente, ma anche soprannaturalmente — sono destinati a produrre (ne abbiamo la speranza, la fiducia certa, come fin da principio ne abbiamo avuto l'intenzione ed il desiderio) frutti preziosi per la gloria di Cristo Re, per l'onore della Santa Madre Chiesa, per il bene delle anime, per il bene d'Italia e di tante care anime, a Noi tanto più care quanto più vicine; per il bene del mondo intero, non fosse altro che per i riflessi così evidenti, e così fatti per conciliare a questi avvenimenti la simpatia di tutto il mondo, di tutte le anime buone, di

tutti i cuori di alti sentimenti ed aspirazioni; non fosse altro che per il grande contributo che essi arrecano alla pacificazione di tante coscienze non soltanto in Italia ma nel mondo intero, a quella pace adunque che Gesù benedetto forse direbbe pace sua, « pacem meam »: la pace di Cristo nel Regno di Cristo.

Abbiamo già accennato a questo argomento nel discorso tenuto due giorni fa innanzi ai parroci e ai predicatori della Quaresima nelle chiese di Roma, prevenendo alcune difficoltà che si possono facilmente antivedere. Lo abbiamo fatto in forma ed in misura che Ci sembravano rispondenti al bisogno di quelli che ordinariamente vanno a chiedere consiglio ai parroci ed ai predicatori. A professori, a giovani abituati alle alte indagini del pensiero come sono gli studenti di una Università, riservavamo illustrazioni di altra importanza e precisamente quelle che convengono a chi ha la mente esercitata nelle materie filosofiche, giuridiche, politiche.

Il *Trattato* conchiuso tra la Santa Sede e l'Italia non ha bisogno di altre spiegazioni e giustificazioni esterne, perchè in realtà esso è a se medesimo spiegazione e giustificazione la più chiara e definitiva. Ma c'è pure una spiegazione ed una giustificazione esterna non meno chiara e definitiva, e questa è il *Concordato*. Il Concordato, anzi non solo spiega e giustifica sempre meglio il Trattato, ma questo gli si raccomanda come a condizione di essere e di vita. È il Concordato che Noi, appunto perchè esso doveva avere questa funzione, fin da principio abbiam voluto che fosse condizione « sine qua non » al Trattato: desiderio, questo, nel quale, occorre dirlo subito, siamo stati nobilmente, abbondantemente assecondati dall'altra parte. Il Trattato non avendo avuto altro fine che quello di regolare nei termini della più assoluta indispensabilità e sufficienza la condizione giuridica, essenziale della Santa Sede e del Romano Pontefice, di Quegli che per la divina responsabilità di cui è investito, qualunque nome egli abbia e in qualunque tempo egli viva, non può essere sottoposto a nessuna sudditanza, questo fine sarebbe stato raggiunto non appena si fossero avute le indispensabili condizioni di vera sovranità, che (almeno nelle presenti condizioni della storia) non è riconosciuta se non attraverso ad una certa misura di territorialità.

Ma come e che cosa avrebbe potuto essere di vitale un tale Trattato, in un paese, in uno Stato ridotto in quella condizione in cui avevano ridotto l'Italia tanti anni di manomissioni, di spoliazioni, di eversioni di ogni genere compiute da governi o nemici o amici dei nemici, sapendolo o non sapendolo? Il problema evidentemente qui incominciava a complicarsi. E già questo si era veduto qualche tempo prima, allorchè si era fatto un tentativo di riordinamento della legislazione ecclesiastica, che necessariamente

non si sarebbe potuto ridurre che ad una semplice misura unilaterale in materia, nella quale nessuno può legiferare senza che prima accordi e intelligenze siano prese con la competente autorità ecclesiastica. Le condizioni dunque della religione in Italia non si potevano regolare senza un previo accordo dei due poteri, previo accordo a cui si opponeva la condizione della Chiesa in Italia. Dunque per far luogo al Trattato dovevano risanarsi le condizioni, mentre per risanare le condizioni stesse occorreva il Concordato. E allora? La soluzione non era facile, ma dobbiamo ringraziare il Signore di averCela fatta vedere e di aver potuto farla vedere anche agli altri. La soluzione era di far camminare le due cose di pari passo. E così, insieme al Trattato, si è studiato un Concordato propriamente detto e si è potuto rivedere e rimaneggiare e, fino ai limiti del possibile, riordinare e regolare tutta quella immensa farragine di leggi tutte direttamente o indirettamente contrarie ai diritti e alle prerogative della Chiesa, delle persone e delle cose della Chiesa; tutto un viluppo di cose, una massa veramente così vasta, così complicata, così difficile, da dare qualche volta addirittura le vertigini. E qualche volta siamo stati tentati di pensare, come lo diciamo con lieta confidenza a voi, sì buoni figliuoli, che forse a risolvere la questione ci voleva proprio un Papa alpinista, un alpinista immune da vertigini ed abituato ad affrontare le ascensioni più ardue; come qualche volta abbiamo pensato che forse ci voleva pure un Papa bibliotecario, abituato ad andare in fondo alle ricerche storiche e documentarie, perchè di libri e documenti, è evidente, si è dovuto consultarne molti.

Dobbiamo dire che siamo stati anche dall'altra parte nobilmente assecondati. E forse ci voleva anche un uomo come quello che la Provvidenza Ci ha fatto incontrare; un uomo che non avesse le preoccupazioni della scuola liberale, per gli uomini della quale tutte quelle leggi, tutti quegli ordinamenti, o piuttosto disordinamenti, tutte quelle leggi, diciamo, e tutti quei regolamenti erano altrettanti feticci e, proprio come i feticci, tanto più intangibili e venerandi quanto più brutti e deformi. E con la grazia di Dio, con molta pazienza, con molto lavoro, con l'incontro di molti e nobili assecondamenti, siamo riusciti *tamquam per medium profundum eundo* a conchiudere un Concordato che, se non è il migliore di quanti se ne possono fare, è certo tra i migliori che si sono fin qua fatti; ed è con profonda compiacenza che crediamo di avere con esso ridato Dio all'Italia e l'Italia a Dio.

Voi che Ci ascoltate facilmente intendete quanto grande, grave, solenne, denso di formidabili responsabilità, fosse il problema della situazione politica ed internazionale della sovranità pontificia. Ma nel Concordato è

qualche cosa non meno grande e non meno degna di tutti gli sforzi. Quando alla Chiesa si riconosce la personalità giuridica con i diritti che ne derivano; quando il Sacramento del Matrimonio prende il posto che gli compete nella legislazione e nella vita civile; quando alle famiglie religiose è riconosciuta la personalità giuridica; quando anche l'Università Cattolica del Sacro Cuore ha una altrettanto alta che provvida considerazione; quando all'insegnamento religioso si dà il dovuto posto ed onore; quando altresì all'Azione Cattolica è riconosciuto un posto legittimo; veramente è altrettanto facile che doveroso comprendere come si possa e si debba ringraziare di tutto cuore il Signore.

Tutto questo insieme di cose si potrà poi tanto meglio apprezzare, allorchè si potranno pubblicare i testi del Trattato e del Concordato; giova però fin d'ora considerare che quando si fa un soliloquio si può dire quel che si vuole, ma quando si fa un dialogo bisogna pure ascoltare l'altra parte. Le favorevoli condizioni nelle quali si è svolto il Nostro dialogo non Ci lasciano ragione alcuna di dubitare che sarà pure assicurata altrettanto lealmente, generosamente, nobilmente, l'esecuzione di tutte le misure di comune accordo deliberate.

